ſcamus labellum, ne reſponſe-
mus.

Dominus enim eſt qui facit, cui licet
ſtatuere de nobis quod vult.

Obmuteſcendum igitur cum Davide Pſ.
39,10. & 119,120.

In precatione ſimus confidentes.

Dominum habemus qui poteſt & vult
nobis invocatus adeſſe. Pſalm.
91,14. Matth. 7,7. & ſequen-
tibus.

In morte ne animo ſimus abjecto.

Dominum habemus, qui ex mortis fau-
cibus poteſt & vult etiam ſuos
eripere eoſque traducere in vi-
tam æternam.

Hoc fine redemit nos; non ut deſereret
nos in conflictu ultimi hoſtis;
ſed fideliter ut aſſiſteret no-
bis & eriperet 1. Corinth. 15,
26.

Audiv. 1. 2.

Recognovimus hactenus; *quid ſit Credo in J.C.
F.E.V.D.N.*

Nempe; fiduciam meã omnem colloco in
Jeſum Chriſtum &c. proinde cer-
tò ex Dei verbo perſuaſus ſum,
Jeſum Chriſtum Salvatorem &
Dominum eſſe meum unicum
& ſolum; me quoque Filium Dei
eſſe & à Chriſto Domino meo
redemptum ad ſalutem æter-
nam conſervatum iri.

Saltem